fatalijs Juris, pscriptione Terrestri, bello, Contentioneq ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugien, nec modo alio quovis evaden, Ms suis psentibus personaliter recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus

Religiosae ac Deo dicatae Virgines Moniales Conventus Zamoscen Ossolinski Capitaneum Petricovien Quietant.

547

Comparentes personaliter coram officio et Actis psen Castren Capitan Premyslien Religiosae ac Deodicatae Clara Paiewska Supperiorissa et Cunegunda Ossolinska Moniales Regulae Sancti Francisci Conventus Zamoscen sanae mentibus et corporibus existentes, foro suo quovis competenti amisso et Jurisdictione ppria posthabita psen vero Castren Capitan Premyslien Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum succedaneis ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporand atq subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quaelibet illarum seorsim sua pro

interesse

interesse recognovit. Quia ipsa cum Religiosi in Christo Patris Antonii Perlecki Regulae Sancti Francisci Conventus Premyslien. Sacrae Theologiae Baccalaurei, personali assistentia et ultronea ad infrascripta recognoscenda Consensu, suo et totius Conventus praefati Zamoscen. pro cuius ratihabitione cavent ac se praesen. inscribunt nomine, Magnificum Georgium de Tenczyn Ossolinski Capitaneum Petricovien. eiusque posteros, de Causa et Actione Judiciaria infrascripta per Religiosam et Deodicatam Dorotheam Zazniowska Priorissam Conventus eiusdem totumque praedictum Conventum ratione non solutionis censûs annui septingentorum florenorum Polon. à summa Capitali decem millium florenorum Polonicalium praefato Conventui Zamoscen. per eundem Magnificum Capitaneum Petricovien. coram Actis Castren. Capitan. Lublinen. Feria Quinta in vigilia Festi Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio super bonis villae Truszowice in Terra praesen. Premyslien. sitis et consisten. inscripta, et ad solvendum modo reemptionis assecurata provenientis, ad Officium praesens Castren. Capitan. Premyslien. instituta et intentata, atque de quovis processu Judiciario ratione non persolutionis census suprascripti annui retenti tantum, coram eodem Officio obtento ac perducto, et in quovis puncto ac gradu Juris dependenti, nec non de poena Banitionis eiusque publicatione quo

ad interesse tantummodo soliusmet census annui spectat, tum
de ipsa summa census annui pro annis in processu causæ eiusdem
specificatis per florenos septingentos quotannis provenienti
retentis, sibi vero Regentibus totiq[ue] Contui suprascripto Zamoscen.
ad Festum Sancti Mathæi Apostoli et Evangelistæ in Anno
Millmo Sexcentmo Septuagmo proxime præterito et Anno præ=
senti realiter et effective persoluta. ob cuius Census annui
sufficientem et plenariam persolutionem eundem Mgcum Capita=
neum Petricovien. quietant, emittunt, dimittunt, liberumq[ue] et
absolutum perpetuo pronuntiant. Processum eundem Iudiciarium
in quocunq[ue] puncto et gradu Iuris dependente, atq[ue] pœnam
Banitionis quo ad Interesse tantummodo census suprascripti annui
retenti spectat in toto et per omnia cassant, mortificant et
annihilant, sibi suisq[ue] Succedaneis totiq[ue] Contui præfato ratione
præmissorum perpetuum imponendo silentium. Salvo nihilominus
eodem integro processu ratione suprascriptorum perducto, atq[ue]
ipsa pœna Banitionis super eodem Mgco Capitaneo Petri=
covien. ex instantia Contus præfati ratione summæ originalis
Decem millium florenorum Polonicalium coram Officio præsenti
Castren. Premyslien. obtenta et publicata, tum quoq[ue] salvis
provisionibus in ulteriores annos iuxta Inscriptionem prove=
nientibus atq[ue] ipsa summa principali Decem millium floren. Polon. sibi
Recognoscen. totiq[ue] Contui præfato plena in robore reservatis.

Tyrawski